



Evricius Simesius Belga à teneris annis ope
 ram literis dedit, atq; post prima rudimenta in
 patria percepta, hinc inde in Academij Philo-
 phiæ incubuit, ac præsertim Erdfurdiæ plurimùm
 profecit. Vnde etiam eo in loco scholā aperuit, &
 iuuentutem omni genere literarum optimè insti-
 tituit. Itaq; Erasmus Roterodamus eius industriam
 cunctis commēdauit, & inter optimos amicos ha-
 buit. Postea quoq; Medicorū libros legit, & in ijs
 adeò profecit, ut Medicinæ Doctor promoueret,
 atq; uiris doctis connumeraretur. Itaq; rem Medi-
 cam plurimùm auxit, & sua eruditione cunctis per
 Germaniam innotuit. Scripsit enim Botanologi-
 con siue Colloquium de uarijs herbis, atq; anno 1534 Coloniæ edidit. Postea
 quoq; Theriaca & Alexipharmacæ Nicandri poetæ Latinis uersibus Herol-
 cis eleganter reddidit. par ratione Epigrammata a Græcis translata prope-
 suit, & Bucolica tractauit. Cum hoc modo ingenij sui lucubrationes ua-
 rias posteritati reliquisset, tandem magna literarum iactura obiit,
 & honorificè sepultus fuit. Anon.